



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 77. Propositiones de Sepulturis ad Parisiensem Facultatem Theologicam
delatæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

qui hasce Reliquias a Solimano vindicaverat, suffectus est Theolepto, qui cum ob perversos mores scandalum in Ecclesia crearet, in quodam Episcoporum conventu, qui de Solimani consensu habebatur, Patriarchali dignitate exutus est.

Sacul. XVI.
A.C. 1521.

§. LXXVII.

Propositiones de Sepulturis ad Parisiensem Facultatem Theologicam delatae.

Eodem hoc anno die decima nona Junii Parisiensis Facultas Theologica sex sequentes Propositiones proscripsit:

*Argent. Col-
lect. judic. de
nov. error.
t. I. p. 401.*

I. Est magnum periculum aliquid accipere pro Sepulturis, quia pro Sepulturis nihil debetur. II. Omnes pro Sepulturis aliquid accipientes aut recipientes sunt simoniaci, sacrilegi, & latrones. III. Magnus est error in Ecclesia Dei pro Sepulturis aliquid accipere. IV. Consuetudo non potest excusare aliquid recipientes, quin sibi damnationem aquirant. V. Omnes pro sepulturis aliquid accipientes sunt damnati. VI. Si esset lis contestata in aliqua Curia Parlamenti, essent declarati Simoniaci, & ad restitutionem condemnarentur.

§. LXXVIII.